



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

## DE BAPTISMO.

promissus est integra actio, videlicet merito, & verborum pronuntiatio: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. capitis autem significatio & finis Baptismi, discitur ex promulgatione: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ideo enim baptismus proprium Sacramentum dicitur, quia huic promissioni addiguntur, ut celebetur promissionem gratiae vere ad hunc pertinere qui baptizatur. Ac perinde sentiendum est de hoc testimonio, ac si Deus non aliqua voce de celo testaretur, se hunc recipere. Postquam ergo baptizatus doctrinam intelligit, exerceat hanc fidem, credat se vere a Deo regi propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto. Sic videntur ei Baptismo. Postea in vita quotidie nos commonescuntur: Ecce hoc fido Deus testatus est, te receptum esse in gratiam. Hoc testimonium non vult contemni. Quare credas te vere receptum esse, & hac fidem invoces. Hic est virus assiduus Baptismi. Ita Abrahæ circuncisit per perpetuum testimonium, scriptum in ipsis corpore, quo ab inveterato de semine venturo, & de promissa benedictione propter fidem, quorū cogitabat de circuncisione, acquiescebat fide, statuens filio placere, & ei gratias agebat, & eum inuocabat. Vt autem promissionis amplitudo melius aspiciatur, verba Baptismi contulerimus, quæ complectuntur Euangelij summam, & sunt benedictio, quæ consecratur Deo, & per quam super nos inuocatur nomen Dei: Inquit minister, mandato diuino, & loco Christi baptizo te, id est hoc signo testificor ablui peccata tua, & te reconciliatum esse vero dico, quod Deus aeternus, pater Domini nostri Iesu Christi, & misericordia tua, miranda & inenarrabilis consilio, ut tibi peccata remittantur, & in te nouam iusticiam & vitam aeternam, Spiritu sancto. Hoc benedictio conferat nos Deo, & discernit Ecclesiam ab omnibus gentibus, quia nulla alia gens vere inuocat Deum, sicut se patefecit, Iacob: Parem Domini nostri Iesu Christi, placatum per Filium, & subdictionem Spiritu sancto. Et quia summa Euangelij his verbis continent amplissimas consolationes nobis proponuntur. Quam gratum est enim audire, quod iam vere sis a Deo ac aeterno Patre receptus, quod illud beneficia tibi donata sunt, quod velit te Deus regere Spiritu nostro good tripuerit te a morte aeterna, & a vinculis Diaboli: Quo avemus cogitabis verba Baptismi, eo magis acceditur animus agnitionis misericordiae Dei, & magis confirmabitur fide, & excitabitur ad inuocandum. Vt autem verba nobis proponunt promissionem & consolationem, ita vici sim postulat fidem, & hanc obligationem, ut hunc verum Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, & cum eius, & Spiritum sanctum agnoscamus. De hoc mutuo foderetur dicitur.

520 D E S I G N I F I C A T I O N I B V S.  
dicitur. 1. Pet. 3. Baptisma, quod est non sordium corporis depositum  
sed stipulatio bonæ conscientiæ erga Deum, per resurrectionem  
Christi. Intelligit enim mutuam obligationem, & mutationes fides.  
Deus profitetur se nos recipere, id conscientia credens amplior, &  
hac fide iam vere agnoscit Deum & invocat. Hec recta de conscientia,  
vocatur bona conscientia, videlicet recte agnoscens Dominum  
& invocans. Additur autem, Per resurrectionem Christi. Domini  
Baptismum efficacem esse propter regnante Christum, & inde  
agnoscere, donatam esse hanc reconciliationem proper Christum.

#### D E S I G N I F I C A T I O N I B V S

D IX supra, in Sacramentis multas esse significaciones, ben  
principiam, videlicet gratiæ, anterendam esse ceteris in  
eriam ritus pingit, quia ablutio significat ablui peccata propria  
stum, & nobis applicari beneficium passionis Christi, cum mergi  
in aquam, velut in mortem Christi. Postea non est absurdum, cum  
alias significaciones. Sicut iter Israëlitarum per mare rubrum, in  
imago afflictionum Ecclesiæ & liberationis: ita merito in Baptismo,  
imago est afflictionum & liberationis. Sed altera significatio ang  
anterenda est, quæ nos de promissione & de gratia admone, &  
quærit fidem. Ut autem satis fuit semel circuncidi, cum esset nucleus  
circuncisio: ita semel tantum fiet baptismus, ut haec grauissima res  
ostendit. Peccatum est, abuti nomine Dei, & invocationem recte  
improbare: Qui autem rebaptizant, improbat priorem baptismum,  
iudicant inanem & inutilem fuisse. Atq; ita improbat veram re  
conciliationem Dei, factam de hoc baptizato. Ideo non est reprehendenda  
ceremonia. Ceterum de Anabaptistis plura mox dicemus, qui multi  
perniciosos errores suo anabaptismo adhescunt. Secundum  
autem p[ro]ij, semel factum baptismum, manere perpetuum testificandum  
& fœdus. Dauidi post lapsum non erat opus noua circuncisio, sed  
illa prior circuncisio, de vtrah[ic] re admonebat eum, videlicet in  
hanc naturam circuncidi, quia sub peccato est, & redendum circa  
promissionem reconciliationis, illis ipsis qui lapsi sunt. Sic autem  
iam sentiant, non recreant ceremoniam, sed admoniti foderent  
teat factum est, in quo sit mentio filij, quæ est testimonium remissorum  
peccatorum, redeant ad propositam reconciliationem. Ita baptismo  
magnam doctrinam & consolationem lapsi affert, quia ipsa mem  
F[ac]tum admonet nos de penitentia, & de remissione peccatorum.  
Statutus redeentes iterum fieri membra populi Dei.